Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 170.

Cod. CCLXXII.

B
5. 5.

Chartac: Fol: Saec: 15.

1.

S. Gregorii M. liber de cura pastorali. 1a–44b

S: Gregorii M: Liber de cura pastorali. Incipit "Pastoralis cura" &c. Totus ut in lo, dice CCLXIV.

2.

Ejusdem libb: IV dialogorum. 44b–106b

Ejusdem IV libri dialogorum. Incip: "Aliquando die dum". Satis de his dictum in Cod: CCXLVI.

3.

Conradi de Saxonia cognom: Holzingarii Speculum B: V: Mariæ. 107a–142a

Conradi de Saxonia, cognomine Holzingarii Speculum B: V: Maria. Rubrica est: "Incipit Speculum Marie utilis libellus"; initium: "Quoniam ut ait beatus Jeronimus nulli dubium est quin totum ad gloriam Dei pertineat quidquid digne genitrici sue impensum fuerit Ideo &c: ejusdem matris salutacionem pro materia assumere dignum duxi". Est itaque tractatus super Salutatione angelica, unde autem Speculi nomen hauserit ignoro. De authore quoque disserere hactenus eruditi. Audiamus et Caveus; quibus adstipulantur alii, quæ editiones illud vindicant Bonaventuræ Baduario (a); alii doctori Seraphico. Sed rem, ut mihi videtur confecit Benedictus Cavalieus in Brodromo ad Opp: S: Bonaventuræ t: 8. part: 2. C: 2, 87. col: 706 legg: ubi ex gravissimo testimonio Joann: de Turrecremata, alignumque authorem statuit Conradum de Saxonia, cognomine Holzingarium Ord: Min: Saec: 13. & 14. Plura vide in Brodromo l: c:

(a) Ord: Eremit: S. Aug: ao 1380.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 171.

4.

Evangelia idiomate Bohemico.

144a–153a

Evangelia idiomate Bohemico.

Reyssubel

Cod. CCLXXIII.

B 5.6.

Membran: Fol: min: Sæc: 14 & 15.

Joannis de Moriginato lib. apparit: flor: coel: doctrinæ, et figurarum B. V. M.

Joannis Monachi de Moriginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber apparitionum et visionum B. V. Mariæ. Titulus est: "Incipit liber apparicionum et visionum beate et intemerate" &c. Mox subjungitur: "Incipit liber beate virginis gloriose Marie qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes sciendas" &c. In prologo, qui incipit: "Nemo enim lucernam accendit", Seipsum nominat, ac de scribendis visionibus rationem reddit. Titulus sæpius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: "finit liber visionum qui est de reprobacione artis notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Marie" &c. Fol. XIV. rubrica est: "Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obtinendas visiones, artes, et scientias v. g. Rhetoricam, Dialecticam, Astrologiam &c. præscriptarum. Fol. LII. denuo mutatur titulus, nempe: "Hic incipit liber figurarum beate Marie virginis" &c. de quo dicit: "Anno incarnacione dominice M CCCXV Idus Augusti circa vesperas incepi librum istum"; ex quo ætas authoris dignosci potest. Ultimo tamen folio iterum dicit: "In hac nova compilacione (a) duo nomina ponimus; scilicet librum florum doctrinis (a) celestis appellamus." Cœterum codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis. Extat quoque apud Scotos Viennæ

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recognovit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27624

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)